



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus


Treveris, 1638

27. Henrici IV. Imperatoris Dat. in Triburia, Anno MLXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

Abbati persoluat, nuilliusque nisi Abbatis, vel ab eo constitutorum placitum attendat, & in singulis Ciuitatibus regalibus, vel praefectorijs liberam potestatem habeant intrandi & exeundi, vendendi & emendi, pascendi & adaquandi, eisque opera regalia & comitilia funditus perdonamus. Et ut hoc authoritatis nostræ præceptum firmum & stabile permaneat, manu propria corroborantes, Sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Domini Henrici Quarti Regis.
Sigebardus Cancellarius vice Sigefridi Archicancellarij recognoui. Data anno Domini
Incarnationis MLXV. Indictione III.
Anno autem ordinationis Domini Henrici
Quarti Regis XII. Regni vero IX. Aetum
Treiburis in Dei nomine feliciter. Amen.



27.

*Henrici IV. Imperatoris Datum in Triburia, Anno
MLXVI.*


IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuinæ pietatis adiuvante clementiâ Rex. Si locis diuino cultui mancipatis, & inibi Deo famulantibus dignè consulimus, multò magis illi loco sacratissimo aliqua pietatis opera impendimus, per quem, & à quo Regni nostri statum semper confirmabimus, & coniugem nostram legitimo iure nostræ Regalitati in Regnum associare, dorare & sublimare debemus. Proinde cunctis fidelibus nostris, tam præsentibus scilicet, quam futuris notum esse volumus, qualiter nos de nostri statu

regni tractantes Berhadam contextalem nostram in Christo nobis dilectissimam
 à cunctis regni nostri Principibus electam, regalibus nuptijs in Villâ Triburia
 nostræ regalitati copulauimus, & secundum morem & institutionem piissimi
 Genitoris nostri, Auique nostri, Henrici videlicet atque Chuonradi inuictissi-
 morum Imperatorum, aliorumque prædecessorum nostrorum Regum & Im-
 peratorum, Henrici, nec non trium Ottonum, Arnolphi, Magni Karoli, Pippi-
 ni, Dagoberti, Constantini & omnium Regum & Imperatorum à tempore
 præfati Constantini & Helenæ matris illius sanctissimæ usque ad nos, cum Ab-
 batia Sancti Maximini, qui in suburbio Treuirorum corporaliter quiescit, cum
 omnibus rebus & Ecclesijs ac possessionibus ad eam in quibuscumque locis iu-
 stè & legaliter pertinentibus prænominatam Coniugem nostram Bertham
 scilicet Reginam legitimo iure in regnum nobis associauimus, dotauimus ac
 perpetuo iure firmamus, ut sicuti reuera primitus per Beatum Petrum Apo-
 stolum, & discipulos illius sanctissimos Eucharium, Valerium & Maternum, & po-
 stea per beatum Agritium, Maximinum atque Paulinum in Treuirensi Episco-
 pio, & inde per totam Galliam Catholicæ fidei & Christianæ deuotionis cepit
 pullulare & initiare sacramentum: ita & præfatam Abbatiam Sancti Maximi-
 ni omnes Reges & Imperatores ac Coniuges illorum regiæ dignitatis & propa-
 gandæ sobolis percipient fundamentum. Volumus etiam atque huius nostræ
 Regalitatis editio præcipimus atque firmamus, ut eadem Abbatia nulli Ecclæ-
 siæ vel sedi sive personæ quoquo pacto vñquam famula aut appendix subia-
 ceat, sed, sicut sub prædecessorum nostrorum, sic sub nostro quoque Mundib-
 urdio & defensione, aliorumque successorum nostrorum tuitione libera sem-
 per permaneat. Addentes videlicet, & per hoc nostræ Regiæ authoritatis pri-
 uilegium firmissime decernentes, ut Theodericus eiusdem loci Abbas, sive
 successores prænominatae contextali nostræ Berhdæ, scilicet in Christo nobis
 carissimæ, alijsque post illam Reginis & Imperatricibus in regiâ curiâ semper
 seruant & obsequantur. Et quia sub Heinrico, piæ memoriæ Augusto, ante
 Auum nostrum Cuonradum proximo ea bona illis ablata sunt, vnde ad militiæ
 ire vel nostræ regalitati seruire, aut vnde se, suoque prius vietitare videbantur,
 volumus atque constituimus, ut quotiescumque ad regalem curiam venerint,
 sive vocati fuerint, de regiâ mensâ pascantur, & inter curiales & domesticos, at-
 que Capellanos Regis & Reginæ non infimi semper habeantur, sicut reuera
 ministros & procuratores illius Ecclesiæ decet, de qua & per quam Reges, &
 Imperatores, & Cöiuges illorum legitimo iure in regnum & Imperium semper
 dorari & confirmari videbuntur. Constituimus præterea, & ad præbendam
 fratrum inibi Deo famulantium specialiter delegamus, quidquid per priuilegia
 Heinrici Genitoris nostri atque Cuonradi Aui nostri, aliorumque prædecesso-
 rum nostrorum Regum & Imperatorum, à Constantino videlicet & Helena
 matre eius usque ad nos, ad peculiaritatem illorum pertinere cognouimus, id
 est, has Ecclesiæ, Gozoluesheim, Albacho, Weildestein, Wienheim, Husun,
 Diedenhouun, Winuddun, & in super omnes Sancti Maximini Ecclesiæ cum
 Decimis, cuicunque Curtes beneficiatae sint, nec non omnes salicæ terræ deci-
 mationes, quas in usus hospitum, peregrinorum ac pauperum constituumus, vel
 quidquid in his locis habere videntur haec tenus, hoc est, Suaueheim, Euernel-
 heim, Mannental, Narheim, Apula, Sceringesfelt, Bokinheim, Hesinesheim
 Siemera, Gunthereshusun, Ruosbach, Holtzhusun, Sueppenhusun, Riuena-
 nacho, Louuin, Okeisheim, Lieznich, Fracturis, Ratheresdorff, Bustat, Meis-
 brath, Frainkingun, Mietriche, Decima & Vallis cum suis pertinentijs, Marki-

deth,

deth, Daleheim, Murmirdinga, Druhildinga, Lische, Scitlinga, Mambro, Linniche, Miersche, Euerlinga, Fula, Astillabrunna, & quod in pago Blefense, sive Salnense, aut Sallingow e, vel iuxta Metensem Vrbem in villa Willere, aut in ipsa Ciuitate in vineis aut areolis habere videntur. Curtem etiam quandam vocabulo Prichina ultra Rhenum fluuum sitam, quam genitor noster Heinricus piæ memoriae Imperator Augustus per præfatum Theodoricum Abbatem cuidam Anshelmo ministro suo beneficiari præcepit, sed postea pœnitentia ductus, & beati Leonis Papæ atque Agnetis Genitricis nostræ pijssimæ interuentu commonitus, eidem loci fratribus reddidit atque firmauit, ita & nos illius exemplum sectantes, eandem curtem cum omnibus rebus ad eam iustè & legaliter pertinentibus Sancto Maximino & Fratribus sibi seruientibus ab ista die & deinceps per interuentum Berhtæ coniectalis nostræ dilectissimæ reddimus atque firmamus, & ut sagimen & femoralia, mantelas & mensalia inde habeant, & hospites ac pauperes inde suscipiant, statuimus atque iubemus, & ut nullus successorum nostrorum Regum vel Imperatorum, neque Abbas aliquid de prædictis Curtibus vel Ecclesijs præter hæreditaria seruientium beneficia cuiquam præstare præsumat, firmissimè interdicimus. Harum omnium rerum testem cartam hanc inde conscribi, & Sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domini Henrici Quarti Regis. Sigehardus Cancellarius ad Vicem Sigefredi Archicancellarij recognoui. Data III. Idus Iulij. Anno Dominicæ Incarnationis MLXVI. Indictione IV. Anno ordinationis Domini Heinrici IV. Regis XII. Regni vero X. Aetum in Triburia in Dei nomine. Amen.



28.

*Theodorici Abbatis Sancti Maximini Declaratio
& Constitutio.*

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Notum sit omnibus fratribus nostris tam præsentibus quam etiam futuris qualiter ego Theodericus Cœnobij S. Maximini Abbas indignus, in ipso momento, cum mihi data esset Abbatia à Domino meo Imperatore tertio Henrico multis precibus ab eodem conuictus & ipsis authoritate ad primam eius petitionem nimium cōstrictus, illud maximum bonum de Brechena cuidam fideli suo, Anselmo nomine, non sine multis lachrymis in præsentia ipsius Imperatoris mea manu usq; in finem dumtaxat vitæ suæ præstiterim. Seruientes itaque excepimus, quos Domina Wendela, dum ipsam Curtem Sancto Maximino tradidit, habebat, quos Sacremannos vocamus, qui cum viginti mansis terræ à nobis retenti sunt, & nullatenus ipsi beneficio adiuncti. Hi enim nobis in Curte Sancti Maximini & ybi